

UNIVERSITÉ DE COPENHAGUE

**CAHIERS
DE
L'INSTITUT DU MOYEN-ÂGE GREC ET LATIN**

85

Centre for the Aristotelian Tradition

Saxo Institute

2016

Expositio in "De anima" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata. An Edition

Monika Mansfeld

This is an edition of anonymous exposition on Aristotle's *On the soul* from the only extant copy: Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. 704, ff. 109^{rb}–111^{rb}.

The text contains no internal indications of its authorship or when it was written, but it looks like a shortened version of one of John Buridan's exposition commentaries, to which it bears a striking similarity all way through.

The codex itself was written in Prague between 1370 and 1380 and was brought to Kraków probably at the beginning of the 15th century together with several other Prague codices containing nominalist works. They were brought by professors who moved to Kraków at the time of the Hussite turmoil.¹

Besides works by English authors (John Peckham, William Heytesbury, Thomas Bradwardine), some excerpts from Aristotle's *Metaphysics* and a collection of *Sophismata* attributed to John of Holland, the manuscript contains numerous anonymous commentaries concerning mainly logic and natural philosophy. Almost all of these anonymous works are very short, occupying only between one column and four folios. They seem to be abbreviations of larger texts, and usually contain only the main division of the text, some general notes and a number of conclusions. About half of the anonymous works bear explicit witness to their dependence on John Buridan: *Expositio librorum "Analyticorum posteriorum" Aristotelis secundum Johannem Buridanum* (f. 29^{vb}–34^v, 26^{vb}), *Puncta Pragensia super libris "De anima" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata* (f. 39^{rb}–41^{ra}), *Puncta in librum "De senso et sensato" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata* (f. 69^{ra}–69^{rb}), *Puncta in tertio libro "Ethicorum" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata* (f. 107^{ra}–107^{rb}), *Expositio librorum "De anima" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata* (f.

¹ M. MARKOWSKI, *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim*, Wrocław–Warszawa–Kraków 1971, p. 212.

109^{rb}–111^{rb}), *Quaestio de alteratione secundum Johannem Buridanum* (f. 113^{va}).

In the case of the commentary *On the Soul* we encounter a problem concerning which redaction of Buridan's exposition was the basis for the abbreviation, as there appears to have been several, and scholars working on Buridan's commentaries on Aristotle's *On the Soul* still discuss their number and authenticity. Moreover, there is still no agreement on which manuscripts constitute each redaction.

According to B. Michael,¹ there are three redactions of Buridan's exposition-commentary on Aristotle's *On the Soul*. The first one (A) is preserved in only one copy — Paris, Bibliothèque nationale de France, ms. lat. 16130— and it covers only the book III of Aristotle's treatise. The second redaction (B) covers the whole of Aristotle's text, and there are two copies: Vendôme, Bibliothèque Municipale, ms. 169 and Erfurt, Universitätsbibliothek, Dep. Erf., CA 2^o 298. The third redaction (C) is found in two manuscripts: Citta del Vaticano, Bibliotheca Apostolica Vaticana, cod. Vat. lat. 2162 and Darmstadt, Hessische Landes- und Hochschulbibliothek, Hs. 516. It also covers all the three books constituting Aristotle's *On the Soul*.

Not all of these manuscripts carry explicit ascriptions to Buridan. Actually, only three of them do so (Paris 16130, f. 35^{vb}, Vendôme cod. 169, f. 1^r and Vat. lat. 2162, f. 127^{va}).

On the other hand, B. Patar claims that apart from the five manuscripts mentioned by B. Michael there are two additional ones with yet another redaction of Buridan's commentary — Brugge, Stedelijke Openbare Bibliotheek, Hs. 477 and Avignon, Bibliothèque Municipale, ms. 1093. He has published an edition of the text of the exposition commentary found in those manuscripts, called it *prima lectura* and attributed it to John Buridan², although neither of two manuscripts he used in his edition does so. The attribution has failed to gain much support among scholars³.

¹ B. MICHAEL, *Johannes Buridan: Studien zu seinem Leben, seinen Werken und zur Rezeption seiner Theorien im Europa des späten Mittelalters*, vol. 2, Berlin 1985, p. 677–683.

² B. PATAR, *Le Traité de l'âme de Jean Buridan*, Louvain-La-Neuve 1991.

³ See S.W. DE BOER, P.J.J.M. BAKKER, 'Is John Buridan the Author of the Anonymous Traité de l'âme Edited by Benoît Patar?', *Bulletin de Philosophie Médiévale* 53 (2012), pp. 283–384.

B. Patar also disagrees with B. Michael's division of the manuscripts into three redactions. He believes that the Parisian manuscript lat. 16130 contains only a fragment of the commentary and is a secondary source which, in his opinion, should not be included in the manuscript tradition of the first lecture (A). Regarding lecture B, he claims that there is only one manuscript, Vendôme Ms. 169, containing this redaction, because the second one mentioned by B. Michael, Erfurt CA 2° 298, should be assigned to the third lecture (C). In Patar's view, in addition to the Erfurt manuscript just mentioned, the third redaction (C) contains only one more manuscript, namely Vat. lat. 2162. He totally rejects Darmstadt 516, holding that the commentary it contains is probably by Nicholas Oresme¹.

To make the situation even more complicated, there is also one manuscript containing Buridan's exposition-commentary on Aristotle's *On the Soul*, Gießen, Universitätsbibliothek, Hs. 86, which so far has not been assigned to any of the mentioned redactions at all.

Considering all the above, I have compared the text of the Kraków version with the basic manuscript of Patar's edition (Brugge, SB 477) and with the Erfurt manuscript (CA 2° 298) that Michael assigned to version B and Patar to version C, in order to establish the relations between them. The results of the comparison are as follows:

- neither of two redactions was the direct model for the shortened version preserved in BJ 704;
- the main differences between BJ 704 and two other texts are [a] stylistic ones and [b] the selective treatment of some issues in BJ 704;
- BJ 704 lacks almost all the proofs and the extensive *divisiones textus* that are systematically present in both CA 2° 298 and Brugge 477; the parts containing *nota* and *dubitationes* in BJ 704 have also been shortened significantly;
- the doctrine presented in the corresponding passages of the three texts is fundamentally the same, but observable differences link BJ 704 closer to CA 2° 298 than to Brugge 477 (see: text samples 2 and 3, below).

I shall call the Kraków text *Expositio in "De anima" Aristotelis secundum Johannem Buridanum abbreviata*. It teaches psychology in a

¹ B. PATAR, *Le Traité...*, p. 49*–50*.

way that is characteristic of the period when Buridan's views were spread around the European academic centres by means of abbreviated versions of his original works. For this kind of literature, it presents a text of relatively good quality. There are several evident copyist's errors and at least one passage where some text appears to have dropped out, probably due to homoioteleuton. The script, however, is very diminutive (approximately 65–70 lines per one column) and sometimes difficult to read.

In order to preserve the historical value of the text, I have avoided conjectural intervention as far as possible, though a few corrections were needed to restore sense where distorted. I have also normalised the orthography, introduced my own punctuation and division into paragraphs.

The edition is equipped with an apparatus containing both the external references to other authors' texts, variant readings and all of the glosses from the margins. I have not indicated the scribe's self-corrections.

The identified passages of the treatise *On the Soul* are quoted *in extenso* according to Wilhelm of Moerbeke's revision of James of Venice's translation. Among available editions of the Latin *De anima* this is the one closest to the text Buridan probably used by himself. The text is quoted according to the newest edition of Aristoteles Latinus Database (ALD). I have also used ALD for the references to Aristotle's *On Sleep and Sleeplessness* (again in Moerbeke's translation).

Except for Aristotle's works, the only direct references the author makes are to Averroes' commentary on *De anima*. To identify them, I have used the critical edition by H.A. Wolfson, D. Baneth and F.H. Fobes.

Moreover, there are some indirect references to other authors' like Guido Vernani de Arimino, Augustinus Faba, Thomasso del Garbo and the anonymous author of the commentary on Aristotle's *On the Soul* contained in mss. Oxford, Bodleian Libr., Lat. Misc. c. 70, ff. 1ra-25b and Roma, Bibl. naz. V.E. 828, ff. 46vb, 48ra-52ra. The identification of those doctrinal borrowings is based on the critical editions of these texts. Last but not least, there is auto reference to Buridan's commentary on *De interpretatione* (edited by R. Tatarzyński).

When quoting the critical editions, I fully respect their punctuation and orthography.

Comparison of the Kraków commentary with those of the Bruges and the Erfurt mss.

Kraków, BJ 704	Brugge, SB 477	Erfurt, CA 2° 298
Sample 1		
<p>Liber <i>De anima</i> in tres libros partiales dividitur. Primus continet prooemium cum disputationibus contra antiquos.</p> <p>Secundus liber determinat de anima et de eius potentiis in communi, et cum hoc specialiter de potentia vegetativa et potentia sensitiva.</p> <p>Tertius est de potentia intellectiva, appetitiva et secundum locum motiva.</p>	<p>Iste liber <i>De anima</i> totalis dividitur primo in tres libros partiales. In primo libro ponit prooemium et recitat opiniones antiquorum de ipsa anima.</p> <p>In secundo vero libro determinat de anima et potentiis animae in generali; et cum hoc determinat in speciali de potentia vegetativa et potentiis sensitivis.</p> <p>In tertio determinat de potentia intellectiva et appetitiva et secundum locum motiva.</p>	<p>Iste liber totalis continet tres libros partiales. Primus liber est de prooemio totalis libri et de opinionibus antiquorum.</p> <p>Secundus liber est de communi definitione animae vegetativae et sensitivae.</p> <p>Tertius liber est de potentia intellectiva, de potentia appetitiva et de potentia secundum locum motiva.</p>
<p>Primus habet duo tractatus. Primus est prooemialis, secundus est de erroribus antiquorum.</p>	<p>Ubi isti libri incipiant, patebit in processu. Primus liber dividitur in partem prooemiale et exsecutivam.</p> <p>Pars exsecutiva incipit ibi: <i>Principium autem</i>, ubi recitat opiniones antiquorum de ipsa anima. Prima pars, scilicet prooemialis, dividitur. Nam primo probat scientiam de anima esse honorabiliorem et meliorem aliis scientiis suppositis naturalibus; secundo probat scientiam istam esse utilem; tertio proponit ge-</p>	<p>Tractatus incipit ibi: <i>Primum autem</i>. In isto libro prooemio proponit primo huius scientiae bonitatem, ut reddat nos ad audiendum benevolos, secundo removendo ignorantiam negationis proponit generaliter consideranda. Tertio proponit scientiae difficultatem, ut reddat</p>

	<p>neraliter considerata in hoc libro; quarto probat scientiam esse difficilem. Secunda pars est ibi: <i>Videtur autem</i>; tertia: <i>Inquirimus</i>; quarta: <i>Omnino autem</i>.</p>	<p>nos ad studium attentos. Secunda ibi: <i>ignoramus</i>, tertia: <i>omnino autem</i>. Primo probat hanc scientiam esse honorabilem, secundo utilem. Secunda ibi: <i>videtur autem</i>.</p>
<p>Conclusio prima: scientia libri <i>De anima</i> quantum ad bonitatem et honorabilitatem praeponenda est aliis scientiis naturalibus.</p> <p>Probatur, quia scientia dicitur nobilior propter nobilitatem considerationis in ea et propter certitudinem demonstrationum in ea. †Consequens† anima est res nobilissima inter res naturales et etiam certum modum habet demonstrandi in illa scientia, quantum est de hiis, quae experimur {experimur <i>cod.</i>}.</p>	<p>Prima conclusio quam intendit est quod scientia de anima est aliis scientiis naturalibus melior et honorabilior.</p> <p>Probatur: scientia de anima aliis naturalibus est certior; et inter scientias naturales de nobilissimis entibus considerat; ergo aliis scientiis est melior et honorabilior.</p> <p>Consequentia tenet, quia una scientia dicitur esse melior et honorabilior alia propter nobilitatem consideratorum in illa scientia et propter certitudinem demonstrationum. Antecedens patet quoad primam partem, nam scientia ista de anima habet demonstrationes quodammodo certissimas, in quantum ipsa est de his quae in nobis experimur; similiter antecedens quoad secundam partem patet, nam scientia de anima considerat de anima intellectiva quae est</p>	<p>Primo probat hanc primam conclusionem: scientia de anima quantum ad bonitatem et honorabilitatem praeponenda {proponenda <i>cod.</i>} est aliis scientiis naturalibus.</p> <p>Probatur sic: supponimus omnem scientiam esse de numero bonorum honorabilium. Vocatur enim bonum honorabile, quod est appetibile propter se ipsum, ergo omnis scientia est bona et honorabilis. Sed cum una scientia redditur honorabilior altera, vel propter nobilitatem consideratorum vel propter certitudinem demonstrationum. Sed inter scientias naturales haec scientia considerat de nobilissimis, quoniam est entium naturalium, scilicet mutabilium, anima est nobilissima, maxime intellectiva. Similiter haec scientia habet demonstrationes quodammodo certis-</p>

	multum nobilis.	simas, inquantum ipsa est de hiis, quae in nobis ipsis experimur, ergo etc.
<p>Secunda conclusio: scientia de anima est multum utilis.</p> <p>Probatur, quia ipsa valet ad omnem veritatem. Ipsa enim est de intellectu et de eius operationibus, et de sensibus et phantasmatis, quae sunt causae veritatum {virtutum <i>cod.</i>} in anima formatarum, modo causa valet ad scientiam causatorum. Item, ipsa est utilis ad scientiam naturalem, quia ipsa est pars eius nobilissima.</p>	<p>Hic Aristoteles probat secundam conclusionem huius libri, et est haec: scientia de anima est multum utilis. Probatur, nam scientia de anima est de intellectu et operationibus eius et de sensu et de sensibilibus et phantasmatis, quae sunt causae cognitionis veritatum; propter quod ipsa valet ad omnem veritatem cognoscendam, et per consequens est bene utilis.</p>	<p>Declarat huius scientiae utilitatem probando istam secundam conclusionem: scientia de anima est multum utilis. Primo, quia multum valet ad omnem veritatem perfecte apprehendendam, eo quod ipsa est de intellectu et eius operationibus, de sensu et sensibilibus et de phantasmatis, quae sunt causae omnium virtutum. Et scientia causarum est utilis, immo necessaria ad scientiam perfectam causarum. Secundo specialiter: ipsa est maxime utilis ad scientiam naturalem, inquantum est pars eius nobilissima, ergo etc.</p>
Sample 2		
<p>Tunc ponit sex suppositiones: prima est divisio entis in decem praedicamenta, de quibus exprimit substantiam, innuens animam esse substantiam.</p> <p>Secunda divisio substantiae in materiam, formam et compositum.</p>	<p>Nam primo praemittit unam suppositionem et quinque divisiones pro definitione animae; secundo infert particulas ponendas in definitione animae. Secunda: <i>Quoniam autem.</i> Suppositio est ista quod substantia est unum genus entis. Prima divisio</p>	<p>Praemittit sex suppositiones in sex clausulis. Prima suppositio est divisio entis in decem praedicamenta, de quibus solum nominat substantiam tamquam supponens animam esse substantiam propter hoc, ut dicit Commentator, quod anima</p>

	<p>est quod substantiarum quaedam est materia, quaedam forma, quaedam substantia composita. Materia est quae secundum se non est hoc aliquid; forma autem secundum quam aliquid est hoc aliquid; substantia vero composita, quae est ex his, scilicet materia et forma. Et dicit ultra quod materia est quaedam potentia; species vero, id est forma, est entelechia, id est actus.</p>	<p>apparet esse omni accidente nobilior. Secunda suppositio est divisio substantiae in materiam, formam et compositum. Et dicit, quod materia non est secundum se ipsam hoc aliquid. Quando enim simpliciter loquendo quaerimus: ‘quid est hoc?’, non respondemus ‘materiam, formam et compositum’. Dicimus enim ‘hoc est homo’, ‘hoc est lapis’. Forma etiam non est hoc aliquid, sed tamen secundum eam substantia composita est hoc aliquid in actu. Ideo secundum mutationem formarum substantialium mutatur responsio ad quaestionem quaerentem simpliciter: ‘quid est hoc?’. Et ideo materia non est nisi potentia quaedam receptiva formarum. Forma autem est entelechia, id est actus perficiens et determinans ipsam materiam. Compositum autem est illud, quod vere est hoc aliquid.</p>
<p>Tertia divisio est actus in actum primum et secundum. Actus primus est forma, actus secundus est operatio consequens for-</p>	<p>Secunda divisio quod actuum quidam est actus primus, sicut scientia, et quidam est actus secundus, sicut</p>	<p>Tertia suppositio est divisio actus in actum primum et actum secundum. Et per actum primum intelligimus</p>

mam.	considerare.	formam vel habitum quam vel quem consequitur aliqua operatio. Et per actum secundum intelligimus motum vel operationem consequentem formationem vel habitum. Sic enim scientiam dicimus actum primum et considerare actum secundum.
Quarta: quaedam sunt corporea, quaedam incorporea.	Tertia divisio quod substantiarum seu corporum quaedam sunt corpora naturalia, quaedam autem artificialia.	Quarta suppositio est, quod cum quaedam sint corporea et alia incorporea. Tamen secundum famositatem vulgarem corporea maxime conceduntur esse substantiae, licet secundum veritatem incorporea sint substantiae nobiliores. Et cum quaedam sint corporea naturalia et quaedam artificialia, tamen naturalia magis ponuntur esse substantiae ad istum sensum, quod licet sit idem corpus artificiale et corpus naturale, tamen magis conceditur esse substantia ea ratione qua dicitur naturale quam ea qua dicitur artificiale, quia nomen, quod capit ab artificio non est nomen de praedicamento substantiae, sed nomen, quod capit a forma,

		quae est natura, est nomen substantiale.
Sample 3		
Dubitaret aliquis, quod animal progressivum non indiget sensu ad movendum, quia per intellectum sine sensu potest moveri. Respondetur, quod nullum generabile sive corruptibile habet intellectum sine sensu discretivo qualitatum corruptivarum, immo nec est aliquod corpus generabile corruptibile, quod habeat motum sibi inhaerentem sine sensu, quia in talibus, in quibus intellectus inhaeret corpori, intellectus indiget instrumento sensus.	Hic Aristoteles removet unam cavillationem. Nam aliquis diceret quod animal movetur per intellectum. Et sic non oportet ponere in ipso animam sensitivam propter hoc quod movetur ad removendum. Hic Aristoteles probat quod intellectus non movet sine sensu, nam si illud corpus quod movetur motu progressivo est generabile et corruptibile, tunc indiget sensu quo percipiat qualitates tangibiles ne per illas corrumpatur. Sed si illud corpus mobile motu progressivo ponatur incorruptibile, adhuc indiget sensu vel adhuc habebit sensum, quia corpori et animae melius est habere sensum quam non habere; sed natura facit de possibilibus illud quod est melius.	Hic removet cavillationem. Aliquis enim diceret, quod animal progressivum non indiget sensu, quia per intellectum posset moveri sine sensu. Ad hoc dicit Aristoteles, quod nullum generabile et corruptibile habet intellectum sine sensu discretivo qualitatum corruptivarum, immo etiam nec est aliquod corpus ingenerabile et incorruptibile, quod habeat intellectum sibi inhaerentem sine sensu, quantum in talibus, scilicet in quibus intellectus inhaeret corpori, intellectus indiget instrumento sensus. Ideo in talibus debet fieri sensus, cum ille sensus proficiat intellectui et noceat corpori.
Sample 4		
Principium movendi secundum locum sunt intellectus et appetitus, id est virtus cognoscitiva et appetitiva. Probatur, quia motus animalis	Primo dicit quod, capiendo <i>intellectum</i> large, prout extendit se ad omnem virtutem cognitivam et iudicativam de	Hic probat, quod proposuit, quia motus aliquis secundum locum fit ad aliquid prosequendum vel fugiendum. Ideo primitus

<p>secundum locum fit ad aliquid prosequendum vel fugiendum. Ideo oportet prius iudicare, utrum sit bonum vel malum, quod est prosequendum vel fugiendum, et postea oportet inclinare membra ad quandam huiusmodi prosecutionem vel fugam. [Ad] Primum, scilicet iudicare, pertinet ad potentiam cognoscitivam. [Ad] Secundum, scilicet inclinare membrum, pertinet ad appetitum.</p>	<p>convenienti vel disconvenienti, principia moventia ipsum animal secundum locum sunt intellectus et appetitus. Sciendum est quod aliquando dicimus unum canem intelligere magistrum suum, et sic utimur communiter <i>intellectum</i>, prout extendit se ad omnem virtutem cognitivam. Verum est tamen quod intellectus, cum sumitur proprie, non extendit se ad omnem virtutem cognitivam, et sic etiam non cuiuslibet motus localis progressivi intellectus est principium motivum, ex eo quod non omne animal mobile motu locali progressivo habet intellectum, accipiendo <i>intellectum</i> proprie. <i>Intellectus autem</i>. Aristoteles probat illud quod proposuit, nam omnis motus progressivus animalis fit ad aliquid prosequendum vel fugiendum quod oportet primo apprehendere aut tamquam bonum aut tamquam malum, et consequenter oportet inclinare corpus et membra ad prosequendum vel fugiendum; cognoscere autem est per intellectum et phantasiam vel per sen-</p>	<p>oportet cognoscere et iudicare de aliquo, quod ipsum sit bonum et prosequendum vel malum et fugiendum. Et postea oportet inclinare corpus et membra ad huiusmodi prosecutionem vel fugam. Primum autem istorum, scilicet iudicium, pertinet ad virtutem cognoscitivam et secundum, scilicet inclinatio, pertinet ad appetitivam, ergo haec duae virtutes sunt principia moventia animal secundum locum.</p>
---	---	--

	sum, et inclinare est per appetitum; ergo istae duae potentiae sunt principia moventia animal motu progressivo. Et innuit Aristoteles quod non intellectus speculativus sed practicus movet: cognitio enim quae solum est propter cognoscere, dicitur speculativa, sed illa quae ultra ordinatur ad operandum dicitur practica.	
--	---	--

SIGLA

K	<i>codex Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. 704</i>
(f. 109 ^{rb})	<i>hic incipit columna dextra folii 109 recti</i>
[album]	<i>delendum censeo</i>
<album>	<i>album, quod numquam in codice fuit, addendum censeo</i>
†album ac†	<i>verba album ac aut per se corrupta esse aut aliquid excidisse puto</i>
...	<i>litterae quas legere nequivi</i>
pond()lem	<i>vox ita compendiose scripta ut inter pond et lem aliquid omissum esse indicetur</i>
<i>add.</i>	<i>addidit</i>
<i>Cf.</i>	<i>confer, conferend-us/a/um etc.</i>
<i>in marg.</i>	<i>in margine</i>
<i>om.</i>	<i>omisit</i>

**Expositio in “De anima” Aristotelis
Johannis Buridani abbreviata**

<Liber primus>

*Bonorum honorabilium*¹.

Liber *De anima* in tres libros partiales dividitur. Primus continet prooemium cum disputationibus contra antiquos. Secundus liber determinat de anima et de eius potentiis in communi, et cum hoc specialiter de potentia vegetativa et potentia sensitiva. Tertius est de potentia intellectiva, appetitiva et secundum locum motiva. Primus habet duo tractatus. Primus est prooemialis, secundus est de erroribus antiquorum.

— Conclusio prima: scientia libri *De anima* quantum ad bonitatem et honorabilitatem praeponenda est aliis scientiis naturalibus. Probatur, quia scientia dicitur nobilior propter nobilitatem considerationis in ea et propter certitudinem demonstrationum in ea. †Consequens† anima est res nobilissima inter res naturales et etiam certum modum habet demonstrandi | (f. 109^{va}) in illa² scientia, quantum est de hiis, quae experimur³. Sed tamen non est credendum, quoniam mathematica et metaphysica sunt nobiliora.

— Secunda conclusio: scientia de anima est multum utilis. Probatur, quia ipsa valet ad omnem veritatem. Ipsa enim est de intellectu et de eius operationibus, et de sensibus et phantasmatis, quae sunt causae veritatum⁴ in anima formatarum, modo causa valet ad scientiam causatorum. Item, ipsa est utilis ad scientiam naturalem, quia ipsa est pars eius nobilissima.

— Tertia conclusio: haec scientia est valde difficilis. Probatur, quia dubitatur, an sit una methodus communis vel specialis ad inquirendam animam. Et difficile est unamquamque invenire. Item dubitatur, de quo genere sit anima, utrum sit actus vel potentia. Et dicit COMMENTATOR, quod actus et potentia sunt differentiae valde oppositae contingentes omnibus praedicamentis, et istis terminis utuntur in †praedicato† omnium

¹ ARISTOTELES, *De anima* I.1.402a1.

² in illa] in nulla K

³ experimur] experiuntur K

⁴ veritatum] virtutum K

praedicamentorum.¹ Item dubitatur, quas differentias habet anima, utrum sit divisibilis vel indivisibilis. Item dubitatur, utrum sit danda una definitio communis vel in unaquaque specierum animae sit danda propria definitio. Et dicit, quod definitio non est danda universalium, quia universale aut nihil est, aut posterius est. Et definitio debet dari per priora. Item dubitatur, utrum sit prius de potentiis animae <dicendum> et postea de anima vel e converso. Et subdit: nulla est operatio in nobis, quae non indiget corpore, quia si aliqua esset talis, maxime esset intelligere, quod non est <dicendum>, quia intelligere non est sine phantasmatis et phantasmata non sunt sine corpore.

— Quarta conclusio: ad philosophum spectat considerare de anima. Probat, quia ad philosophum naturalem spectat determinare de formis naturalibus, quarum operationes per medium corporis exercentur.

— Nota: differentia est inter definitionem naturalem et logicalem, quia philosophus definit per causam materialem, efficientem et formalem, sed logicus definit scire quid nominis et definitione generis et differentiae. Et istas definitiones antiqui vocant formales. Et naturalis nec considerat formam sine materia, nec e converso.

— Nota: definitio physicalis est per utramque causam et definitio per formam a materia abstractam est mathematicalis. Et istae definitiones entium simpliciter abstractarum a motu sunt metaphysicae. Unde ista definitio est logicalis: ‘ira est appetitus vindictae’ et ista est naturalis: ‘ira est fervor sanguinis circa cor’. Et tunc veniendum est ad dicta antiquorum de animabus, ut bene dicta ab eis acceptemus et male dicta refutemus. Sequitur liber secundus. Tres habet tractatus.

<Liber secundus>

*Quae quidem a prioribus.*²

Primus determinat de anima et eius potentiis in communi, secundus de potentia vegetativa specialiter determinat, tertius de potentiis sensitivis.

¹ Vide AVERROES CORDUBENSIS, *Commentarium magnum in libros "De anima"*, III, com. 20, ed. H.A. WOLFSON, D. BANETH, F.H. FOBES, Cambridge–Massachusetts 1953 [=AVERROES, *In "De anima"*], p. 10, v. 20–23: “Idest, et considerandum est, si apparuerit quod sunt diverse in specie, utrum illa diversitas sit in specie tantum, et tamen conveniunt in genere, aut illa diversitas sit in utroque”.

² ARISTOTELES, *De anima* II.1.412a3.

<Primus tractatus>

<Capitulum primum>

Primus tractatus dicit: redeamus praenotatis dictis antiquorum ac si nihil bonum in eis inveniamus. Et investiganda est definitio communior animae, quia cognitio universalis debet praecedere specialem¹.

— Tunc ponit sex suppositiones: prima est divisio entis in decem praedicamenta, de quibus exprimit substantiam, innuens animam esse substantiam.

Secunda divisio substantiae in materiam, formam et compositum.

Tertia divisio est actus in actum primum et secundum. Actus primus est forma, actus secundus est operatio consequens formam.

Quarta: quaedam sunt corporea, quaedam incorporea.

Quinta: corporum naturalium quaedam sunt vitam habentia, quaedam non.

Sexta: de corporibus vitam habentibus est substantia composita.

— Conclusio: anima est actus corporis physici naturalis,² quia est corpus vel materia vel forma ipsius. Sed non materia, quia materia praecedit generationem, nec corpus animatum, quia corpus animatum non est in subiecto sicut anima est in subiecto.

— Alia conclusio: anima est actus primus. Probatur, quia anima est forma secundum quam proveniunt operationes, scilicet intellectiva, sensitiva, vegetativa, qui sunt actus secundi. Et ista forma est actus primus in ordine ad tales operationes.

— Tertia conclusio: anima est actus corporis organici. Probatur, quia anima est actus corporis viventis. Et omne tale est organicum, habens diversas partes diversarum rationum designatas ad diversa officia. Et non est quaerendum, utrum ex corpore et anima fiat unum, quia hoc notum est.

¹ specialem] universalem K

² Sed hic est dubium, quia anima est actus plantarum, et tamen plantae non habent organa. Dico, quod plantae bene habent organa, nam habent radices loco oris. — *in marg.* BJ 704.

— Alia conclusio: anima est actus substantialis, quia substantia est illud, quod actu est per formam.¹

— Item: si *dolabra* esset nomen substantiale, sicut nomina animatorum, dispositio eius, scilicet figura vel acuties, esset eius forma sive actus substantialis.

— Item: oculus dicitur actu oculus per visum. Et si *oculus* esset nomen substantiale, visus esset eius forma sive actus substantialis.

— Alia conclusio: anima est actus viventis sive habentis vitam in potentia.² Et non vult ARISTOTELES concludere, quod animatum non sit actu vivens actu primo, sed actu secundo sive quantum ad actum secundum.³ Et sicut pupula et visus sunt oculus, ita anima et corpus sunt animal.

¹ Dubitatur, quia dictum est, quod anima est substantia. Sed contra, quia animae competit definitio accidentis, ideo est accidens, scilicet quod anima adest vel abest etc. Secundo, quia anima habet subiectum actu, ergo est accidens per COMMENTATOREM, qui dicit, quod per hoc differunt forma substantialis et accidentalis, quia accidentalis habet subiectum in actu, substantialis autem non. Nota, quod anima est substantia. Et probat COMMENTATOR per hoc, quia anima est nobilior omnium accidentium. Nota: sicut iam dictum est, quod duplex est substantia sive triplex, dicitur scilicet de materia, forma et composito. Modo quando dicitur, quod anima est substantia, non intelligitur, prout substantia capitur primo modo vel tertio modo. Nota, quod forma est actus et dicitur esse actus, quia per eam res dicitur esse in actu illud, quod est. Tunc ad rationes respondeo. Quando dicitur, quod sibi convenit etc. — nego breviter, quia accidens debet posse corrumpi sine hoc, quod suum subiectum corrumpitur, modo notum est, quod quandoque anima corrumpitur vel separatur amplius illud, in quo erat, non est in tali specie, immo dicimus illud corrumpi. Ad aliam: dicto, quod in anima non sunt plures formae — negatur hoc, immo notum est, quod anima adveniens alicui dat sibi aliud esse et facit illud esse de alia specie. — *in marg.* BJ 704.

² Nota, quod duplex est potentia: quaedam remota, alia propinqua. Propinqua est, quae potest reduci ad actum, quando placet, sive quae iam †facto† est reducta. Remota est, quae non potest reduci, quando placet. Et sic homo dicitur habere potentiam, ut videat Deum vel aliquod simile. — *in marg.* BJ 704.

³ Vide ARISTOTELES, *De anima* II.1.412a19–26: “Necesse est ergo animam substantiam esse, sicut speciem corporis phisici potencia uitam habentis. Substantia autem, actus; huiusmodi igitur corporis actus. Hic autem dicitur dupliciter, alius quidem sicut sciencia, alius autem sicut considerare. Manifestum ergo quod sicut sciencia: in existere enim animam, et sompnus et uigilia est, proportionale autem uigilancia quidem ipsi considerare, sompnus autem ipsi habere et non operari”.

Capitulum secundum

Anima communiter sic describitur: anima est qua intelligimus, sentimus et nutrimur.¹

— Conclusio: potentia vegetativa est qua vegetamur, nutritiva qua nutrimur, sensitiva qua sentimus, intellectiva qua intelligimus, motiva secundum locum qua movemur secundum locum, visiva qua videmus et sic de aliis. Aliquae potentiae animae in eodem supposito non sunt separatae secundum subiectum et situm, quia quaedam sunt per totum expansae, sicut patet in plantis, quia abscisae et in terram positae resumunt sibi radices et vivunt.

— Item: in aliquibus animalibus decisis aliquae partes apparent sentire et dolere et tristari.² Notandum, utrum sit verum, quod intellectus sit separabilis ab aliis potentiis tamquam perpetuum a corruptibili.

— Alia conclusio: potentiae animae sunt ab invicem distinctae secundum rationem, quia operationes sunt distinctae et potentiae dicuntur potentiae in ordine ad operationes. Et sic eadem potentia <est> nutritiva ea ratione, qua est principium nutritionis, et sensitiva ea ratione, qua est principium sensationis et sic de aliis.

— Alia conclusio: anima est principium sicut forma. Probat: duplex dicitur principium animati: unum sicut subiectum — et hoc est corpus organicum, et aliud | (f. 109^v) tamquam forma.

— Conclusio: anima est actus primus substantialis corporis. Probat, quia animatum dicitur compositum ex materia et forma, igitur vel materia est actus sine forma, vel forma; non materia, igitur forma.

¹Dubitatur, utrum lapides habeant animam vegetativam. Videtur, quod sic, quia augmentantur et diminuuntur. Dico, quod lapides non habent animam, quia non habent organa, per quae recipiunt nutrimentum, quod tamen oporteret etc. — *in marg.* BJ 704.

²Cf. GUIDO VERNANI DE ARIMINO, *Expositio libri Aristotelis "De anima"*, ed. B. MOJSISCH, super: http://www.hs-augsburg.de/~harsch/Chronologia/Lspost14/GuidoVernani/gui_ani1.html (30.11.2014): "Est autem veritas quaestionis, quod non omnes potentiae, quae ab invicem sunt diversae, sunt ab invicem separatae, immo plures sunt, quae sunt in eodem organo nec differunt magnitudine et subiecto, scilicet potentia vegetativa, sensitiva et appetitiva et motiva secundum locum, quod patet ex hoc, quod quaedam plantae decisiae videntur vivere, sicut patet, quod ramusculus decisus ab arbore habet animam vegetativam et etiam generativam. Similiter etiam quaedam animalia sunt, quae si dividantur, adhuc partes divisae vivunt, sicut sunt animalia anulosa, ut anguillae et serpentes".

— Conclusio: anima est actus primus substantialis corporis physici organici vitam habentis in potentia. Probatur, quia cum anima sit actus corporis, ut probatum est, tamen non est actus cuiuslibet corporis, sed organici physici, quia actus activorum sunt in patiente disposito.¹

Capitulum tertium

Potentiae animae sunt heae: vegetativa, sensitiva, appetitiva, secundum locum motiva et intellectiva. Et illae possunt dividi in multas speciales, ut patet, quia appetitiva vocatur desiderativa, concupitiva et delectativa. Et vegetativa inter alias est communior.

— Omnia habentia sensum habent appetitum. Probatur dupliciter: omne habens sensum potest apprehendere conveniens vel disconveniens. Et ex hoc surgit delectatio vel tristitia, quae sunt actus appetitus. Secundo, quia omne animal habens sensum habet tactum. Et omne tale indiget alimento, igitur rationale est, ut habeat appetitum alimenti, scilicet famem, sitem. Et de his magis dicitur in tertio *huius*.² Quibus inest potentia secundum locum motiva, sunt vegetabilia et sensibilia et non e converso. Et adhuc in quibusdam, videlicet in hominibus, invenitur intellectiva. Et adhuc in quibusdam invenitur motus sine praedictis potentiis. Et ista sunt nobiliora, sicut Deus et intelligentiae.

— Definitio communis animae est sicut definitio communis figurae, nam definitio communis animae non est ex eo, quod sit quaedam anima communis distincta a singularibus nec sunt posita universalialia distincta a singularibus et separata, sicut posuit PLATO.³ Sicut nulla est figura

¹ Hoc est, quod numquam agens agit, nisi patiens sit dispositum, ut possit recipere aliquam actionem. – *in marg.* BJ 704.

² Vide ARISTOTELES, *De anima*, III.7.431a8–14: “Sentire quidem igitur simile est ipsi dicere solum et intelligere; cum autem delectabile aut triste ut affirmans aut negans, persequitur aut fugit. Et est delectari et tristari agere sensitiva medietate ad bonum aut malum in quantum talia. Et fuga autem et appetitus hoc, que secundum actum. Et non alterum appetituum et fugituum neque ab invicem neque a sensitivo, set esse aliud est”. | Vide *Ibidem* III.9.432b6–12: “si autem tria anima, in unoquoque erit appetitus. Et etiam de quo nunc sermo instat, quid movens secundum locum animal est? Secundum quidem enim augmentum et decrementum motum qui omnibus inest, quod omnibus inest videbitur utique movere, generativum et vegetativum. De respiratione autem et expiratione et sompno et uigilia, posterius perspicendum (...)”.

³Cf. JOHANNES BURIDANUS, *In “Isagogen” Porphyrii*, ed. R. TATARZYŃSKI, in: R. TATARZYŃSKI, *Jan Burydan. Komentarz do “Isagogi” Porfiriusza*, “Przegląd Tomistyczny” 2 (1986), p. 139, v. 618–626: “Propter quod notandum est, quod Plato

communis, quae nec sit triangulus nec quadrangulus etc. Ideo dandae sunt definitiones speciales animae, sicut figurarum. Simili modo est inter animam et figuram secundum inclusionem potentialem, quia sicut triangulum includitur in tetragono, sic anima intellectiva includit sensitivam et vegetativam.

— Nota circa istam particulam: *Quoniam autem*.¹ Ibi ostendit, quod sit procedendum ex notioribus nobis ad ignota et quod non sufficit solum dicere: *ita est, sed propter quid est*, innuens per hoc, quod definitio prior data, scilicet: *anima est actus primus* etc.,² nobis minus notum sit determinandum per unam aliam magis notam, quae est ista: *anima est qua vivimus, nutrimur, sentimus* etc.³ Et tunc ista definitio nobis magis nota est medium concludendi.

— Secunda nota: definitio est conclusio demonstrationis arguendo sic: omne quo vivimus, sentimus, nutrimur, est actus primus etc., sed anima est quo vivimus, sentimus, igitur anima est actus primus etc. Ecce quomodo definitio minus nota concluditur per definitionem magis notam. Et adducit exemplum de tetragono mathematico, dicens, quod duae sunt definitiones tetragonismi. Una minus nota, scilicet: *tetragonismus est orthogonum aequilaterale altera parte longiori*.⁴ Alia est magis nota, quae est ista: *tetragonismus est figura consurgens ex mediae⁵ rei inventionem ducta in se ipsam*.⁶

opinabatur, quod termino singulari de praedicamento substantiae corresponderet aliqua substantia singularis significata per illum terminum, ut quod per istum terminum »Socrates« significatur iste homo et per istum terminum »Brunellus« significatur iste asinus; et hoc verum est. Sed ultra hoc ipse opinabatur, quod etiam termino universalis de praedicamento substantiae correspondebat extra animam una substantia universalis distincta a substantiis singulariter existentium, quae communiter esset participata ab omni singularibus de tali vel de tali specie aut genere”.

¹ ARISTOTELES, *De anima* II.2.414a4.

² Vide ARISTOTELES, *De anima* II.1.412a27–28: “Vnde anima est primus actus corporis phisici potencia uitam habentis. Tale autem quodcunque organicum”.

³ Vide ARISTOTELES, *De anima* II.2.414a12–14: “(...) anima autem hoc quo uiuimus et sentimus et mouemur et intelligimus primum, (414a13) quare ratio quedam utique erit et species, set non ut materia et ut subiectum”.

⁴ Vide ARISTOTELES, *De anima* II.2.413a16–18: “Nunc autem sicut conclusiones rationes terminorum sunt; ut quid est tetragonismus equale altera parte longiori? orthogonium esse equilaterale; talis autem terminus ratio conclusionis”.

⁵ mediae] media K

⁶ Cf. AUGUSTINUS FABAE, In “*De anima*” Aristotelis, in: *Augustini Fabae Savilianensis Philosophi Aristotelis Libros de Anima Praeclarissima Commentaria (...)*, ed. JOACHIM

— Tunc ista secunda definitio est principium demonstrationis seu medium concludendi sic arguendo: omnis mediae rei inventio est orthogonium aequilaterale¹ altera parte longior<i>. Sed tetragonismus est huiusmodi, igitur etc.

— Determinandum est in speciali de definitionibus potentiarum, quia vegetativa recipitur sine sensitiva et non e converso, et sensus tactus sine aliis. Et ARISTOTELES vocat intellectum ultimum et minimum.²

— Conclusio: prius considerandum est de operationibus animae quam de potentiis et prius etiam de obiectis, quia ista sint communiora.

*Quare autem primo de alimento.*³

*Potentiarum autem animae.*⁴

Tractatus secundus

Capitulum quartum

Inter ceteras animae potentias prius notandum est de potentia vegetativa, quia ista est communior, secundo quia est aliarum prima.

— Conclusio: oportet determinare de alimento et de generare, quia generare est potentia optima potentiae vegetativae et alimentum est eius obiectum.

— Conclusio: generare sibi simile est opus potentiae vegetativae. Probat, quia illud convenit omnibus animalibus perfectis et non orbatis. Cum Deus sit finis omnium aliorum, a quo omnia perficiuntur, iam omnia appetunt sibi assimilari. Et ideo, cum non possunt sibi assimilari secundum perpetuitatem individuorum, natura ipsorum desiderat perpetuitatem specificam. Et ideo potentia divina ordinavit omnia generare sibi simile in specie. Et dicit, quod duplex est finis: gratia cuius et mediante quo illud attingitur, qui est ultimus finis — et iste est uniuscuiusque forma et operatio.

PÉRION, Augustae Taurinorum 1597, f. 120, v. 13–15: “Tetragonismus est figura, seu superficies rectorum angulorum constans quattuor lateribus inaequalibus”.

¹ aequilaterale] equilatero K.

² Vide ARISTOTELES, *De anima* II.3.415a7–8.

³ ARISTOTELES, *De anima* II.4.415a22–23.

⁴ ARISTOTELES, *De anima* II.3.414a29.

— Conclusio: anima est causa et principium corporis viventis secundum triplex genus causae, scilicet causae efficientis, formalis et finalis. Est enim forma, cum mixtum est per ipsam hoc actu, quod est. Etiam est finis, quia sicut est in artificialibus, sic est in naturalibus, quia ars imitatur naturam in quantum potest. Sed forma artificialis est finis artificis, quo habito cessat motus, et est principium movens secundum omnia genera motuum.

Primo enim secundum motum localem, ut dicitur in tertio .¹

Item, secundum motum augmentationis et diminutionis, quia nihil augetur vel diminuitur nisi corpus animatum.

Item, alterationis, quia nutritio non exercetur nisi per alterationem. Etiam species intelligibiles sunt quaedam alterationes, licet non proprie. Et intendit ARISTOTELES, quod anima ad sensationem et intellectum non solum se habet passive, sed etiam active.²

— Opinio EMPEDOCLIS fuit, quod nutritio et augmentatio principaliter fiunt per virtutes elementorum, scilicet terra trahit alimentum deorsum — et sic augentur radices in plantis; et ignis sursum — et sic augentur rami.

¹ Vide ARISTOTELES, *De anima* III.9.432b13–433a3: “Set de motu secundum locum, quid mouens animal secundum processuum motum, considerandum. Quod quidem ergo non uegetatiua potencia, manifestum: semper enim propter aliquid motus hic, et aut cum fantasia aut appetitu est; nichil enim non appetens aut fugiens mouetur, set aut uiolencia. Amplius et plante utique essent motiue et utique haberent aliquam partem organicam ad motum hunc. Similiter autem neque sensitium: multa enim sunt animalium que sensum quidem habent, manencia autem et immobilia sunt per finem. Si igitur natura non facit frustra nichil neque deficit in necessariis, nisi in orbatis et imperfectis, huiusmodi autem animalium perfecta et non orbata sunt (signum autem est quia generatiua sunt et augmentum habent et decrementum), quare et haberent utique partes organicas processionis. At uero neque rationatiua et uocatus intellectus est mouens: speculatiuus quidem enim nichil speculatur actuale, neque dicit de fugibili et persequibili, semper autem motus aut fugientis aut persequentis aliquid est. Set neque cum speculatus fuerit aliquid huiusmodi, iam precipit aut persequi aut fugere, puta multociens intelligit terribile aliquid aut delectabile, non iubet autem timere, set cor mouetur, si autem delectabile, altera aliqua pars. Amplius et precipiente intellectu et dicente intelligencia fugere aliquid aut persequi, non mouetur, set secundum concupiscenciam agit, ut incontinens”.

² Vide ARISTOTELES, *De anima* II.5.417a12–14: “(...) dupliciter utique dicitur et sensus, hic quidem sicut potencia, ille uero sicut actu. Similiter autem et sentire, quod que potencia ens et quod actu”.

— Sed hoc reprobatur COMMENTATOR, quia tunc in omni animali ossa deberent descendere ad pedes propter terrestritatem.¹ Et adhuc ARISTOTELES reprobatur istam opinionem.²

— EMPEDOCLES enim male assignavit sursum et deorsum in plantis, quia radices sunt in plantis sicut os et caput in animali.

Secundo: si opinio esset vera, tunc separaretur leve a gravi in plantis. Et sic dissolveretur corpus animatum.³

Tertio: quidam dixerunt, quod causa principalis nutritionis et augmentationis esset ignis, quia elementorum solus ignis videtur maxime nutrir et augeri combustibili | (f. 110^{ra}) appposito. Hoc removet et dicit, quod quamvis ignis sit condicio nutritionis et augmentationis, tamen non est causa principalis, quia calor ignis non determinat aliquod membrum ad certam quantitatem, ideo augetur in infinitum combustibili appposito.

— Et ob hoc significatur conclusio, quod elementa aut virtutes eorum non sunt principia operationum vitalium.

— Alimentum, quod est obiectum potentiae vegetativae, habet quatuor condiciones: quod debet esse quodammodo contrarium alito, quia alteratio est de contrario in contrarium.

Secunda condicio: alitum et alimentum sic sunt contraria, quod unum ex alio est generabile.

Tertia, quod alimentum debet esse tale in potentia, quale est in actu. Et ideo alimentum debet esse actu [quartum].

Quarta, quod alimentum et alitum non debe<n>t se sic habere, quod indifferenter utrumque⁴ ex utroque sive ex alio possit augeri et nutrir, quia corpus vivens nutritur ex alimento sed non e converso.

¹ Vide AVERROES, In "De anima", p. 104, v. 11–16: "Et hoc concedit Empedocles; dat enim in generatione ossis proportionem, et dicit quod ossa sunt alba quia existit in eis ex terra, que appropriatur nigredini et pallori, octava pars, et de igne, qui appropriatur albedini, quatuor partes".

² Non invenitur.

³ Vide ARISTOTELES, De anima II.4.415b28–416a5: "Empedocles autem non bene dixit hoc addens, augmentum accidere plantis deorsum quidem radices mittentibus propter id quod terra sic fertur secundum naturam, sursum autem propter ignem similiter. Neque enim sursum et deorsum bene accipit. Non enim idem omnibus sursum et deorsum et omni, set sicut capud animalium, sic radices plantarum, si congruit instrumenta dicere altera et eadem operibus".

⁴ utrumque] utraque K

— Conclusio: in principio alimentum est dissimile alito et in fine simile, quia alitum transmutat alimentum et decoquit etc.

— Transmutatio est a contrario et in fine passum sibi assimilat.

— Item: alimentum per suam conversionem nutrit et auget, sed diversimode, quia nutrit in quantum est substantia, et auget in quantum est quantitas. Et differunt nutritio et augmentatio, quia quamvis habeant idem obiectum, videlicet alimentum, tamen hoc est diversimode.

— Generatio fit ex alimento eodem, ex quo fit nutritio et augmentatio, tamen non est eadem potentia¹, ex qua nutrit et ex qua generat[ur] sibi simile de se ipsa². Nutritio est conversio alimenti secundum quod ipsum, potentia est corpus animatum per potentiam animae vegetativae propter salutem corporis ipsius animati.

— Augmentatio est conversio ipsius alimenti, secundum quod ipsum est in potentia quantum, in ipsum corpus animatum per potentiam vegetativam propter quantitatem ipsius corporis animati.

— Generatio autem est conversio alimenti in semen et seminis in corpus animatum, quale est illud, a quo semen est decisum per potentiam vegetativam propter salutem speciei³. Tria concurrunt ad nutritionem: unum est alens — et hoc est anima vegetativa; secundum est quod alitur — et hoc est corpus animatum; tertium est alimentum — et est illud quo corpus nutritur vel augetur vel alitur. Sequitur...

Tertius tractatus⁴

<Capitulum primum>

Prima conclusio: sensus est virtus passiva. Et operatio eius, scilicet sentire, est in patiendo a sensibili et ab obiecto exteriori. Sentire dicitur aliquid, quando est in actu tale, quale est ipsum sensibile in actu. Et sensus dicitur sentire in potentia, quando est talis in potentia, quale est ipsum sensibile in actu. Sensus dicitur talis in potentia, quale est ipsum sensibile in actu, sicut dormiens dicitur videns, quia non est caecus.

¹ potentia] portio K

² de se ipsa] *lectio incerta* K

³ salutem speciei] salutis speciem K

⁴ Determinatis autem. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.5.416b32.

— Corollarium: debet quodammodo sensum alterari ab obiecto in recipiendo eius similitudinem sive speciem. Agens enim innatum est sibi assimilare passum.

— Differentia est inter sentire et intelligere primo, quia sentire est ab obiecto exteriori, intelligere ab interiori a specie existente in virtute cogitativa.

Item: sentire solum est singularium, intelligere vero universalium.

Et intelligimus, quando volumus, sed non sentimus, quando volumus¹, nisi obiectum sit praesens.

Capitulum secundum²

Sensibilium quaedam sunt per se, quaedam vero per accidens. Et sensibile per se quaedam sunt communia, quaedam vero propria. Sensibile proprium, quod aliquo sensu solo percipitur et non alio, ut color visu et non alio sensu, et sonus auditu et sic de aliis. Et sensus circa sensibile proprium non decipitur nisi componendo ipsum cum alio sensibili. Commune dicitur, quod omnibus sensibus exterioribus vel saltem pluribus est sensibile, ut motus, quies, magnitudo, numerus et figura.³

— Et adhuc bene sunt sensibilia plura. Per se sunt ista, quae iam dicta sunt, sicut sensibilia communia et propria. Sed sensibilia per accidens sunt, sicut Sor, Plato, lapis etc., quia aliqua non sentiuntur nisi ratione suorum accidentium. Et sic substantia dicitur sensibile per accidens, sicut Diari filius, ut declarat in littera. Sed accidentia sunt sensibilia per se.

¹ Cf. ARISTOTELES, *De anima* II.5.417b24–25: “Vnde intelligere in ipsa est cum uelit, sentire | autem non est in ipsa: necessarium autem est esse sensibile”.

² Dicendum autem. – *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.6.418a7.

³ Cf. THOMASSO DEL GARBO, *Summa Medicinalis*, in: K.M. BOUGHAN, *Beyond Diet, Drugs, and Surgery: Italian Scholastic Medical Theorists on the Animal Soul, 1270–1400*, t. 1, Ann Arbor 2006, p. 453–454, v. 794–803: “Et vocatur sensate intentiones que cadunt in sensibus exterioribus et in sensu communi, ut intentio coloris vel soni vel saporis, et sic de aliis propriis sensibilibus, vel intentio figure motus, et sic de aliis sensibilibus communibus. Sed intentio non sensata non cadit sub sensibus exterioribus, sicut amicitia et inimicitia, substantia, et ut Dyarii filius et sic de similibus. Operatio ergo istius est ex intentionibus sensatis iudicare intentiones non sensatas et operationes huius virtutis sequuntur iudicia et assensus aut dissensus”.

Capitulum tertium¹

Conclusio: color est visibilis. Probatur, quia visus est perceptivus coloris.

— Alia conclusio: color non est sensibilis per se et primo, id est quod non est in primo modo dicendi per se, quia quae sunt de primo modo, convertuntur inter se, sed color et visibile non convertuntur.

— Alia conclusio: ‘color est per se visibilis’ [id] est per se necessaria, quia est in secundo modo dicendi per se.

— Alia conclusio: color non est per se visibilis sine lumine, quia color non movetur nisi movendo medium. Et color non est sufficientis actualitatis movere² medium sine lumine ad hoc, quod videatur.

— Alia conclusio: ‘diaphanum est per se visibile’, quia ipsum est per se perceptivum luminis et specierum coloris, et ideo necessaria.

— Alia conclusio: haec non est per se et primo: ‘diaphanum est visibile’, eo quod plura alia videntur. Et dicit, quod nomen *diaphanum* non est nomen impositum.

— Alia conclusio: lumen est actus diaphani secundum quod diaphanum, quia illud, quod est actus transparentis secundum quod transparentis. [est] Diaphanum in potentia est³ tenebra. Et lumen est⁴ quasi color diaphani, id est per talem similitudinem, e<s>t lumen subiective in lucido.

— Conclusio contra antiquos: lumen non est corpus defluens a corpore lucido per motum localem usque ad visum, quia sic essent plura simul secundum penetrationem dimensionum. Secundo patet, quia corpus diaphani, puta aer recipiens lumen, non cedit, quia sine motu locali illuminat. Aliqua sunt visibilia, quae videntur sine lumine, sicut sunt quaedam parva animalia, squamae piscium et putrefactiones lignorum et multa alia. Etiam ista non videntur quantum ad colorem proprium sed quantum ad suam lucem. Si aliquod corpus immediate super oculum ponatur, non videbit ipsum, quando requiritur medium et lumen ad videndum.

— EMPEDOCLES dixit, quod medium resistens impedit visionem. Et ideo dixit, quod videremus formicam | (f. 110^{rb}) in caelo, si totum intermedium esset vacuum, si ibi esset formica.⁵ Et dixit ARISTOTELES, quod hoc

¹ Cuius quidem est. – *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.7.418a26.

² movere] modo K

³ est] cum K

⁴ est] sunt K

⁵ Vide ARISTOTELES, *De anima* II.7.419a15–19: “Non enim bene hoc dicit Democritus, opinatus, si esset uacuum quod medium, prospici utique certe, et si formica in celo

esset inconueniens, quia oculus indiget pati a specie recepta, et illud non potest visibile agere in oculum, nisi prius agat in intermedium. Et hoc non potest fieri in vacuo. Et ideo medium requiritur ad videndum, sicut etiam ad audiendum et sic de aliis sensibus, quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem.

— Medium, per quod multiplicatur visus, est aer. Et potest etiam esse aqua medium, per quod multiplicatur. Odor<is> est tam aer quam aqua, quia pisces in aqua odorant. Et ideo animalia respirantia non odorant in aqua, quia ad odorem requiritur respirare.

Capitulum quartum¹

Tria requiruntur ad sonum: generans sive percutiens et percussio et medium. Percussum et percutiens ad hoc, quod bene sonant, debent esse dura, leuia, concava.²

— Echo fit, quando aer motus, in quo generatus est sonus, inuenit obstaculum, propter quod reflectatur, unde ponebatur, et sic cum eius reflexione reflectitur sonus. Et ideo sonus reperitur in †campis† et in aliis aedificiis altis, et non fit echo semper notabilis propter debilitatem reflexionis.

— In aure est quidam aer complantatus suscipiens speciem sonorum. Et iste est organum auditus.

— Item: tam percutiens quam percussum sonant cum differentiis. Differentia sonorum prima est acutum et grave.

— Et animalia non habentia sanguinem non vociferant nisi pisces, quia non suscipiunt aerem respirando, sed tantum pisces in Achilio³ flumine

esset. Hoc enim impossibile est. Paciente enim aliquid sensitio fit ipsum uidere; ab ipso igitur qui uidetur colore impossibile est (...)

¹ Nunc autem primo de sono. – *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.8.419b4.

² Cf. *Anonymi, magistri artium (c. 1246-1247) Sententia super II et III De anima (Oxford, Bodleian Libr., Lat. Misc. c. 70, f. 1ra-25b, Roma, Bibl. naz. V.E. 828, f. 46vb, 48ra-52ra)*, ed. B.C. BAZÁN, Louvain 1998, p. 184, v. 44–48: “Illa autem que sunt leuia et dura et concaua possunt facere sonum, et ratio huius est quia, quando dura, leuia et concaua percutiuntur, ex illa percussione generatur uniformis expulsio aeris et ex huiusmodi uniformis expulsionis aeris generatur tremor in aere qui, inquam, tremor est sonus secundum actum; et ideo talia corpora possunt sonare”.

³ *I.e. in Acheloo.*

videntur vociferare. Et tamen non vociferant et faciunt quasi sonum movendo capita extra aquam et velociter movent branchias.

— Ad duplicem finem natura utitur aere inspirato tamquam instrumento primo ad refrigerationem caloris naturalis, secundo ad formationem vocis. Et sic lingua primo utitur ad gustandum, secundo ad loquendum. Vox est percussio aeris respirati ad vocalem arteriam moti ab anima, quae est in istis partibus, scilicet pulmone, cum imaginatione significandi, quia animalia vociferant ad significandum mentis conceptum.

Capitulum quintum¹

Organum olfactus est proprie cerebrum, a quo nimis² infrigeratur, et ideo habemus olfactum peiorem aliis animalibus. Molles carnes aptos mente dicimus. Et non intendit de mollitie aquea, sicut in mulieribus, sed aerea.

— Species odorum et saporum: quidam³ sunt dulces, quidam amari, quidam acuti.

— Et consequuntur se odor et sapor, quia ad bonitatem aut malitiam unius arguimus bonitatem aut malitiam alterius.

— Medium olfactus est tam aer quam aqua.

— Odor est passio sicci, sed sapor — humidi. Et organum olfactus est passio receptiva speciei odorum.

Capitulum sextum⁴

Conclusio: gustabile quodammodo est tangibile. Probat, quia, quod sentitur quodammodo sine medio extraneo, est tangibile.

— Obiectum gustus est gustabile et non gustabile, id est minus gustabile, debiliter gustabile, sicut visus — visibile et non visibile, auditus — audibile et non audibile.

— Gustabile simpliciter et proprie oportet esse humidum. Organum oportet esse actu humidum, quia oportet recipiens esse denudatum a natura recepti.

¹ De odore autem. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.9.421a7.

² nimis] minus K, *ut videtur*

³ quidam ... quidam ... quidam] quaedam *ter* K.

⁴ Gustabile autem. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.10.422a8.

— Species extremorum saporum sunt: dulce et amarum¹, medii sunt acetosum, acutum, stypticum, ponticum, pingue et salsum.

Capitulum septimum²

Prima quaestio: utrum sint plures sensus tactus? Et videtur innuere, quod sic, quia sensus unus non debet esse nisi unius contrarietatis, sicut visus — albi et nigri. Sed tactus percipit calidum et frigidum, durum et molle, grave et leve.

— Secunda quaestio: quid sit organum tactus? Utrum caro vel proportionale carni in non habentibus carnem. Caro est medium tactus, quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem.

— Si corpora sicca approximantur sibi, quantum possunt, numquam tangunt se, quia sicut est de aqua, ita est de aere. Sed si duo lapides in aqua approximantur, semper aqua est in medio ipsorum.

— Organum tactus non est actu tale, quale est tangibile, sed potentia. Et ideo non oportet organum esse denudatum omnino a recipiendo sed ab excellentiis qualitatum receptibilium, sicut obiectum visus est visibile et invisibile, ita tactus — tangibile et non tangibile. Sequitur aliud...

Capitulum octavum³

Omnis sensus est receptivus specierum sine materia. Ideo est, quod sensus non recipiunt obiecta, quae sentiunt, quia *sensibile positum super sensum* etc.

— Excellentiae sensibilibum corrumpunt sensum, quia oportet organa debite esse proportionata secundum debitam proportionem qualitatum. Et ista proportio per excellentiam sensualem corrumpitur.

— Plantae non sentiunt, quia non est in eis organum debite proportionatum.

— Et nota, utrum omne, quod patitur ab odore, sit olfactus et sic de aliis sensibus. Solutio: differentia est inter tangibilia et alia sensibilia, quia omnia corpora patiuntur qualitibus tangibilibus, sed non omnia patiuntur ab odoribus, sonis etc.

¹ amarum] humidum K

² De tangibili autem. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.11.422b17.

³ Oportet autem universaliter. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.12.424a17.

Capitulum nonum¹

Conclusio: non sunt nisi quinque sensus exteriores, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus, tactus, quia non habemus plures. Et cum nobis non deficit aliquis, hoc probat ex parte sensibilium, quia sub genere visibilium, puta coloris aut lucis, nullae sunt species, quas non sentimus et sic de aliis sensibus. | (f. 110^{va}) Et probat hoc ex parte mediorum et organorum.

— Conclusio: nullum sensibile commune dicitur habere sensum proprium distinctum ab istis quinque, quia quodlibet sensibile commune sentitur per se a tribus sensibus. Plures habemus sensus, ut percipiamus alietatem sensibilium priorum a sensibilibus communibus.

Capitulum decimum

Et nota, utrum visu percipimus videre et auditu — audire, et sic de aliis sensibus. Solutio: duplex est sensus visus, sicuti quilibet alterorum² — unus exterior, qui nihil apprehendit nisi in praesentia sensibilis, alius interior, per quem sensibilis absentiam discernemus per species reser-
vatas in phantasia. Et iste dicitur sensus communis.

— Secunda quaestio: utrum simul corrumpuntur sensus in actu et sensibile in actu, sed non corrumpuntur simul in potentia? Sensibilium excellentia contristat sensum, sed sensibilia proportionata delectant. Sensus communis quodammodo est divisibilis, quodammodo indivisibilis. Et ea ratione, qua est indivisibilis, iudicat de diversis simul ponendo differentiam inter ea, sed ea ratione, qua est divisibilis, scilicet quod aliquando dicitur auditus etc. Et sic simul sentit diversa.

Capitulum undecimum

Antiqui non distinguunt inter sentire et intelligere.

— Conclusio: non est idem phantasia et opinio, quia phantasiatur, quando volumus imaginatos cornutos asinos, sed non opinamur, nisi habeamus rationem habentem opinionem. Secundo, quia formantes in nobis idolum aut phantasma non credimus ita esse in re.

¹ Qui autem non sit. — *in marg.* BJ 704. ARISTOTELES, *De anima* II.12.424b22.

² alterorum] alteris K

— Conclusio: phantasma non est sensus. Et hanc probat in littera tribus rationibus: phantasia non est intellectus aut scientia, phantasia non est opinio, phantasia non componitur ex opinione et sensu. Phantasia est motus a sensu factus secundum actum. Sequitur...

<Liber tertius>

*De parte autem animae.*¹

Liber tertius *De anima* habet tres tractatus. Primus de potentia intellectiva, secundus de potentia secundum locum motiva, tertius de comparatione potentiarum ad se invicem.

<Tractatus primus>

<Capitulum primum>

Conclusio: intelligere est passibile vel [vel] simile ipsi pati.

— Alia conclusio: intellectus est impassibilis proprie et est susceptivus specierum et non est istae² species. Probatur primum, quia sicut se habet sensus ad sensibile, ita intellectus ad intelligibile. Sed sentire est pati a sensu vel simile pati. Sed sensus non proprie patitur a sensibili, sed recipit species sensatas et non est istae species.

— Conclusio: intellectus est immixtus, id est non est mixtus materiae vel magnitudini, ita quod non est virtus corporea, quia recipiens debet esse denudatum a natura recepti.

— Alia conclusio: intellectus vel intelligere non est in actu secundum aliquam formam materialem vel secundum speciem alicuius formae materialis, sed in potentia secundum omnes, quia intellectus non est aliqua istarum formarum nec aliquam sibi determinat, sed est indifferens in potentia ad omnes. Item: probatur conclusio, quia si oppositum esset verum, tunc intellectus servaret organum corporeum.

— Differentia est inter sensum et intellectum, quia, cum sentimus magnitudinem sive magnum, non possumus sentire parvum. Sed cum intellexerimus magnum intelligibile, melius intelligimus parvum. Excel-lens autem sensibile corrumpit sensum.

¹ Vide ARISTOTELES, *De anima* III.4.429a10.

² istae] ista K

— Conclusio: quaelibet res cognoscitur per sensum singulariter, per intellectum — universaliter.

— Quaestio est: quomodo intellectus potest intelligere? Videtur, quod non possit pati. Solutio: duplex est pati, scilicet <passione> corruptiva et passione salvativa seu perfectiva. Ultima patitur intellectus.

— Alia quaestio: utrum intellectus est intelligibilis eodem modo, sicut alia? Solutio, quod non est intelligibilis, sicut anima separata a materia.

Capitulum secundum

— Conclusio: praeter intellectum possibilem ad hoc, quod intelligimus, necesse est ponere intellectum agentem.

Probatur, quia in omni generatione et corruptione oportet ponere activum et passivum. Intellectus agens est immixtus et separabilis, ita quod non est corpus nec virtus corporaliter extensa, quia intellectus agens est realiter idem cum intellectu possibili. Intellectus agens differt ab intellectu possibili, quia intellectus agens est substantia actu ens, possibilis vero in potentia ens.

Secundo, quia intellectus agens est nobilior et dignior intellectu possibili.

Tertio, quia apud intellectum agentem est idem scientia et res scita, quia in eo finis est scientia tam in actu quam in potentia.

— Nota: intellectus agens est simplex et immortalis et perpetuus. Et ideo COMMENTATOR opinabatur eundem esse intellectum in omnibus hominibus.¹ Non intelligimus post mortem, sed corrumpitur phantasia, sine qua nihil intelligimus.

¹ Vide AVERROES, *In "De anima"*, p. 450–451, v. 198–219: "Et potest exponi alio modo, et est quod, cum dixit: *Et non est quandoque iste intelligens et quandoque non intelligens* intendit: cum non fuerit acceptus secundum quod intelligit et informatur a formis materialibus generabilibus et corruptibilibus, sed fuerit acceptus simpliciter et secundum quod intelligit formas abstractas liberatas a materia, tunc non invenietur quandoque intelligens et quandoque non intelligens, sed invenietur in eadem forma; v. g. in modo per quem intelligit intellectum agentem, cuius proportio est ad ipsum, sicut diximus, sicut lucis ad diaffonum. Opinandum est enim quod iste intellectus qui est in potentia, cum declaratum est quod est eternus et quod innatus est perfici per formas materiales, dignior est ut sit innatus perfici per formas non materiales, que sunt in se intellecte. Sed non in primo copulatur nobiscum ex hoc modo, sed in postremo, quando perficitur generatio intellectus qui est in habitu, ut declarabimus post. Et secundum hanc expositionem, cum dixit: *Et cum fuerit abstractus, est quod est tantum non mortalitatis*, innuit intellectum materialem secundum quod perficitur per intellectum agentem,

Capitulum tertium

Duplex est operatio: quaedam indivisibilium apprehensio, secunda <operatio ***¹; prima> operatio semper est vera, secunda² vero aliquando est vera aliquando falsa, sicut dicit EMPEDOCLES, quod multa capita sine cervicibus et pedes sine tibiis germinarunt, postea compositum est unumquodque.³ Sic aliquando intellectus componit conceptus simplices consonantes ipsis rebus — et sunt veri⁴; aliquando dissonantes — et sunt falsi. Et non solum componunt per modum praesentis <sed> etiam futuri. Prima operatio fit, quia individuum intelligitur uno conceptu singulari, quia est actu unum et indivisum. Et intelligitur tempore indiviso, id est quod non oportet, quod intelligatur in una parte temporis post aliam. Et sic intelligitur indivisibili actu.

Sed indivisibilia secundum speciem, sicut plura singularia eiusdem speciei, intelliguntur per unum conceptum simplicem tempore indivisibili et non unum ante alterum oportet intelligi, immo bene simul.

Sed indivisibile secundum quantitatem, | (f. 110^{vb}) sicut punctum vel motum, forte non est separabile a linea vel tempore. Et quia punctum aliquando vocatur continuans, quia par<te>s lineae ad ipsum conterminantur et ante divisionem, quia super ipsum aliquando dicitur fieri divisio lineae, dicit ARISTOTELES, quod omnis divisio talis et esse sic indivisibile intelligitur sicut privatio per negationem habitus,⁵ scilicet divisibilis. Et intellectus †intelligens† sic aliquo modo privatus est intellectus passivus, qui est potentia ad intelligere et non intelligere. Sed

quando fuerit copulatus nobiscum ex hoc modo, deinde abstrahetur. Et forte innuit intellectum materialem in sua prima continuatione nobiscum, scilicet continuatione que est per Naturam. Et appropriavit ipsum per hanc particulam *tantum*, innuendo ad corruptionem intellectus qui est in habitu, ex modo per quem est corruptibilis. Et universaliter, quando quis intuebitur intellectum materialem cum intellectu agenti, apparebunt esse duo uno modo et unum alio modo. Sunt enim duo per diversitatem actionis eorum; actio enim intellectus agentis est generare, istius autem informari. Sunt autem unum quia intellectus materialis perficitur per agentem et intelligit ipsum”.

¹ ***] *exciderunt fere haec*: est apprehensorum compositio et divisio

² secunda] tertia K.

³ Vide ARISTOTELES, *De anima* III.6.430a28–31: “Quemadmodum Empedocles dixit: »Vere multorum quidem capita sine ceruice germinauerunt«, postea composita sunt concordia. Sic et hec separata composita sunt, ut assimetron et dyametros aut symetrum et dyametro”.

⁴ veri] vera K

⁵ Vide ARISTOTELES, *De anima* III.6.430b20–21: “Punctum autem et omne diuisio et sic indiuisibile monstratur sicut priuatio”.

intellectus, qui est actus purus, quidquid intelligit, intelligit modo possibili per suam simplicem inhaerentiam, sicut intellectus divinus.

— Differentia est inter actum primum et secundum, quia omnis enuntiatio est alicuius de aliquo affirmativa vel negativa, tunc est vera vel falsa. Sed intellectus simplicium semper est verus, sicut sensus semper est verus respectu proprii obiecti, si nulla ibi concurrat complexio. Et in intellectu divino nulla talis reperitur complexio nec est prius sciens in potentia quam in actu, sed est apud eum omnino idem sciens, scientia et scitum. In nobis autem in †uno supposito† est prius in potentia quam in actu, licet non quoad totam speciem. Et omnia ista sunt prius dicta.

Tractatus secundus

Capitulum quartum

Intellectus manifestatur per sensum. Et ponit duodecim comparationes.

— Prima est, quod sicut sensus reducitur ad actum per sensibile sibi obiectum¹, ita intellectus intelligibili et phantasmatis sibi obiectis.

— Secunda, quod tam sensus quam intellectus patitur quodammodo ab obiecto, non tamen passione corruptiva nec receptiva, quae fit ad generationem substantiae, quia iam sensus et intellectus, quando recipiunt species, sunt perfecti per suam substantiam.

— Tertia, quod [tam] primus actus tam sensus quam intellectus est ut †impositio†² sine complexione.

— Quarta, quod tam sensus quam intellectus affirmans delectabile vel tristabile movet appetitum ad prosequendum vel fugiendum.

— Quinta, quod utrobique fit appetitus prosequendi vel fugiendi mediante videri de bono et de malo, sed diversimode, quia sensus non intendit nisi ad praesens, intellectus vero ad futura respicit. Et ideo saepe fugit praesens delectabile propter futuram poenam.

— Sexta, quod sive in sensu sive in intellectu prosequendum vel fugitum non differunt realiter, licet bene secundum rationem differunt.

— Septima: phantasmata movent intellectum sicut sensibilia sensum.

— Octava: sicut color mediante aere generat speciem in pupilla et iterum in sensum communem, et ita de sono mediante aere. Et iste sensus com-

¹ obiectum – obiectis] obiecto – obiecto K

² imponitur] in positio K *lectio incerta*

munis discernit inter calidum et amarum. Et est quodammodo unus et quodammodo plures. Ita phantasmata diversa movent iterum intellectum eundem existentem. Et ponit ille intellectus differentiam inter omnia sibi a phantasmatis reservata. Et ponit de hoc exemplum in littera.

— Nona: sicut de iudicio sensus de bono et de malo movetur appetitus sensitivus, ita de iudicio intellectus — appetitus intellectivus.

— Decima, quod tam in sensu quam in intellectu sive componendo, sive dividendo falsum est malum, verum est bonum. Et in componendo sive dividendo falsum est malum. Et tamen differt bonum simpliciter et appetitus, quia aliquod est principaliter bonum appetitus, quod est simpliciter malum. Et aliquis appetit malum, quod est simpliciter bonum.

— Undecima: sensus non sentit abstracta, sed intellectus intelligit abstracta <dividendo> hoc ab isto, quia sensus non¹ <sentit> dividendo inter subiectum et curvitatē, inter quae dividit intellectus abstracte intelligendo <et dividendo> hoc ab isto etc.

— Duodecima, quod intellectus dividens et sic in actu est idem, quod intelligens et intellectum, ut prius dicebatur.

Et tunc movet quaestionem, utrum intellectus non separatus a magnitudine contingit intelligere separata a magnitudine. Et istam quaestionem non videtur hic tractare, sed in duodecimo *Metaphysicae*.

Capitulum quintum

Anima est quodammodo omnia, quia per sensum est omnia sensibilia, per intellectum — omnia intelligibilia. Et non est simpliciter omnia, sed secundum identitatem proportionis, quia sicut se habet sensus vel scientia in potentia ad sensum vel scientiam in actu, sic sensitivum vel intellectivum in potentia se habet ad sensitivum vel intellectivum in actu. Et sic sensus et sensitivum et intellectus et intellectivum sunt idem. Quia sensus et intellectus in recipiendo species sensibilibus vel intelligibilibus assimilantur quodammodo istis rebus sensitivis vel intellectivis, anima quodammodo assimilatur manui, quia sicut manus est organum organorum, sic anima — forma formarum.

— Cum mathematicalia et formae sensibilibus non sunt separata a sensibilibus vel a magnitudine, ideo non movetur intellectus nisi mediantibus sensibus et phantasmatis. Et hoc est, quod cuicumque deficit sensus de

¹ non] in K.

aliquo sensibilibus propriorum, deficit eis scientia de illis sensibilibus. Et necesse est intelligentem phantasmata speculari.

— Phantasma non est intellectus, sed fit ex phantasmate intellectus sicut ex sensatione phantasma. Sequitur...

Tractatus tertius

<Capitulum primum>

Differentia antiquorum fuit de potentiis.

Et quidam posuerunt tres differentias potentiarum scilicet rationalem, irascibilem et concupiscibilem¹. Et dixerunt antiqui, quod ex parte subiectorum debent distingui, <quia² si ex parte obiectorum deberent distingui> essent infinitae. Ista reprobatur, quia potentia sensitiva et vegetativa plus differunt quam irascibilis et concupiscibilis, igitur male dicebant.

Secundo, quia potentia intellectiva non potest comprehendi sub aliqua potentiarum ab eis distinctarum.

— Item: potentia augmentativa et deminutiva, somniativa, inspirativa et expirativa non possunt comprehendi sub aliqua earum. Et de istis dicendum est in *Parvis libris naturalibus*.³

— Et tunc movet dubitationem: quae sit potentia motiva animalis | (f. 111^{rb}) secundum locum? Et arguit, quod nec potentia vegetativa nec sensitiva nec intellectiva. Primo, quod non potentia vegetativa, quia semper motus in animalibus est causa phantastica et cum aliqua cognitione et ap-

¹ concupiscibilem] irrationalem K

² quia – distingui] *exempli gratia scripsi; aliquid excidisse manifestum est*

³ Vide ARISTOTELES, *De somno et vigilia*, 454a5–19: “Si ergo vigilare in nullo alio est quam in eo quod est sentire, manifestum quoniam quo QUIDEM sentiunt, hoc vigilant vigilia et dormiunt dormientia. Quoniam autem neque anime proprium est sentire neque corporis (cuius enim potentia, eius EST et actio, qui vero dicitur sensus, ut actio, motus quidam per corpus anime est), manifestum quoniam neque anime passio propria, neque inanimatum corpus possibile est sentire. Cum autem determinatum sit prius in aliis de hiis que dicuntur quasi particule anime, et de NUTRITIVA quod quidem separatur ab aliis in CORPORIBUS HABENTIBUS VITAM, aliorum vero nullo sine hoc existente, manifestum quod quecumque viventium augmenti diminutionis que participant solum, quoniam in hiis non est sompnus neque [enim] vigilia, velud in plantis: non enim habent particulam SENSITIVAM, neque si separabile neque si non separabile: potestate enim et esse separabile est”.

petitu ad prosequendum vel fugiendum. Et potentia vegetativa non habet ista duo, quia tunc plantae haberent potentiam motivam secundum locum, ex quo habent vegetativam. Consequens est falsum, quia tunc natura dedisset eis pedes vel instrumenta ad talem motum.

Nec potentia sensitiva movet animal secundum locum, quia sic omnia animalia haberent talem potentiam motivam secundum locum, ex quo omnia animalia habent sensum. Consequens est falsum, quia aliqua animalia terrae affixa sicut ostreae et conchae¹ numquam moventur secundum locum.

Nec potentia intellectiva movet animal secundum locum, ut patet de intellectu pure speculativo, quia iste non iudicat aliquod prosequendum vel fugiendum, sine quo praedicto modo <non> est motus secundum locum. Secundum hoc patet de intellectu pratico, quia licet iudicet² hoc esse malum secundum intellectum, tamen appetitus sensitivus vincit rationem et movetur animal secundum locum ad convenientiam. Et appetitus sensitivus non videtur movere animal, quia multis sibi praesentatis et non delectabilibus non movetur ad ista. Sequitur...

Capitulum secundum

Principium movendi secundum locum sunt intellectus et appetitus, id est virtus cognoscitiva et appetitiva. Probatur, quia motus animalis secundum locum fit ad aliquid prosequendum vel fugiendum. Ideo oportet prius iudicare, utrum sit bonum vel malum, quod est prosequendum vel fugiendum, et postea oportet inclinare membra ad quandam huiusmodi prosecutionem vel fugam. [Ad] Primum, scilicet iudicare, pertinet ad potentiam cognoscitivam. [Ad] Secundum, scilicet inclinare membrum, pertinet ad appetitum.

— Et iste intellectus movet animam secundum locum, videlicet practicus et non speculativus. Et cum eadem res sit intellectus practicus et speculativus, tamen differunt ratione. Appetitus et motus reducuntur ad unum principium motus, quod est appetibile, et sunt unum et idem realiter et differunt ratione. Quod reducuntur ad appetibile patet, quia primo appe-

¹ Cf. ARISTOTELES, *De anima* III.11.433b31–434a2: “Considerandum autem et de imperfectis, quid mouens est, quibus tactus solum inest sensus, utrum contingat fantasiam inesse hiis, aut non, et concupiscenciam”.

² iudicet] indicet K

tibile movet virtutem cognoscitivam sub ratione boni vel mali, prosequibilis vel fugibilis, ad quod consequitur desiderium prosequendi vel fugiendi, et tandem motus localis.

— Differentia est inter intellectum practicum et appetitum, quia intellectus practicus semper est rectus, appetitus autem non semper est rectus. Appetitus sensibilis et intellectualis differunt, quia sensualis inclinatur se ad oppositum intellectuali. Et si sensualis vincit, agimus male, si intellectualis — bene.

— Appetibile est principium motus secundum locum in quid. In quantum appetibile primo movet sensum vel intellectum, deinde appetitum; et huiusmodi appetibile est idem secundum speciem, diversa secundum numerum, sicut¹ cibus — panis.

— In moventibus subordinatis est dare principium movens et ideo non moveatur ab alio. Et est dare ultimum movens, et est dare moventia intermedia, quae movent et moventur. Et aliquando movens medium vocatur, aliquando mediante quo movens primum movet ultimum motum. Et contingit saepe, quod sunt plura moventia media.

— Ita in proposito: actuale bonum, quod est appetibile et intelligibile, est primum movens intellectum et appetitum absque hoc, quod moveatur. Intellectus autem, et etiam appetitus, movetur ab isto primo movente et movet membra animalium. Deinde membra animalium movent animal et illud est ultimum motum. Et de isto dicitur in libro *De animalibus*, quod sicut in sphaera sunt simul coniuncta gibbosum et concavum <ita> in eorum corpore, quia in membris aliquando sunt simul coniuncta movens et motum, tamquam constituenta unum corpus et unum membrum et sunt coniuncta in iunctura, et una pars, quae est in una iunctura, movet aliam, quae est in alia iunctura. De istis dictum est in libro *De animalibus* etc.² Sequitur...

¹ sicut] scilicet K

² *Non invenitur.* Vide ARISTOTELES, *De anima* III.10.433b17–21: “(...) mouetur enim quod appetit secundum quod appetit, et appetitus actus aut motus quidam est; quod autem mouetur, animal est; quo uero mouet organo appetitus, iam hoc corporeum est. Vnde in communibus corporis et anime operibus considerandum est de ipsis”.

Capitulum tertium

†Omnis animalis motum est tantum appetitum¹†, et² appetitus non sine phantasia, id est sine virtute cognoscitiva.

— Animalia imperfecta sunt, quae non habent de sensibus exterioribus nisi tactum, <et> habent dicta principia quia apparet in eis laetitia et tristitia. Cum sentiunt, quae conveniunt — dilatant se; et cum disconvenientia sentiunt — [et] constringunt se. [et] Modo laetitia et tristitia pertine<n>t ad appetitum et non sunt sine phantasia. Et dicit, quod indeterminate moventur. Et ita eis inest phantasia indeterminate. Etiam vocatur determinata phantasia secundum quam apprehendit [sensum, apprehendit] determinatum locum tamquam terminum intentum per determinata media, per quae citius et melius perveniatur ad istum locum. Et indeterminatam phantasiam vocat, per quam solum praesentia sensibilia apprehendit convenientia vel disconvenientia, propter quod movetur. Licet phantasia sensibilis insit omnibus animalibus, tamen deliberativa solum inest rationalibus, scilicet hominibus, quia deliberativa est de dubio, utrum hoc sit faciendum vel illud, et propter hoc opinio non est in brutis, nisi forte velut in †derivare†³, scilicet circa ista solum, quae sunt in †propositum† sensus ipsorum.

— Aliquando ratio vincit sensum ut in convenientibus et bonis, aliquando sensus obnubilant rationem ut in malis et in inconvenientibus. Sed rationale est, quod ratio⁴, quae est superior, est quae moveat et ad se trahat sensus tamquam inferior<es> [quia inferior]; ut astronomi imaginantur de sphaeris caelestibus, quod superiores sphaerae moventur quodammodo motu proprio contra motum ultimae sphaerae diurnum. Et tamen ultima | (f. 111^{rb}) sphaera vincendo movet secum [omnes sphaeras] motu diurno omnes sphaeras inferiores. Ideo quilibet planetarum movetur ad minus tribus motibus. Uno modo motu proprio, alio — diurno, tertio — composito. Ex istis sic ratio debet ad se trahere sensus. Et ratio⁵ motus animalis non est speculativa sed practica. Et ista est duplex: universalis⁶

¹ Cf. ARISTOTELES, *De anima* III.10.433b27–29: “Omnino quidem igitur, sicut predictum est, in quantum appetituum animal, sic ipsius motuum est; appetituum autem non sine fantasia, fantasia autem omnis aut rationalis aut sensibilis est”.

² et] *lectio incerta*; *fortasse* est K

³ derivare] *lectio incerta* K

⁴ ratio] non K

⁵ ratio] ideo K

⁶ universalis] *lectio incerta* K

et singularis: universalis¹ sicut² quod esurientem est bonum comedere. Singularis non move<t> sine universali. Sequitur...

Tractatus quartus et ultimus

<Capitulum primum>

Omne vivens generabile et corruptibile necesse est habere potentiam vegetativam, quia omne tale ab eius generatione³ usque ad corruptionem suam utitur elementis, per quae primo sibi convenit augeri, quando plus convertitur in eius substantiam quam evaporatur, secundo — status immedietatis, quando aequaliter convertitur et evaporatur, tertio — detrimentum, quando plus evaporatur quam convertitur.

— Nota: <non> omnia viventia habent sensum, quia plantae non habent sensum tactus, quia sensus indiget temperata complexione⁴, et tamen sine tactu nullus aliorum sensuum invenitur. Item: sensus est susceptivus specierum spiritualiter, sed propter magnam terrestreitatem et grossitiem †modo fit moveri⁵† omnibus animalibus inest sensus, quia ut possint⁶ sibi acquirere alimentum, et cum natura nihil facit frustra, certe dedit eis sensus ad <ac>quirendum necessaria. Et <nota> quod animata terrae affixa non indigent acquirere alimentum sibi coniunctum sicut plantae.

— Dubitaret aliquis, quod animal progressivum non indiget sensu ad movendum, quia per intellectum sine sensu potest moveri. Respondetur, quod nullum generabile sive corruptibile habet intellectum sine sensu discretivo qualitatuum corruptivarum, immo nec est aliquod corpus generabile corruptibile, quod habeat motum sibi inhaerentem sine sensu, quia in talibus, in quibus intellectus inhaeret corpori, intellectus indiget instrumento⁷ sensus.

— Necesse est omne animal habere sensum tactus, quia sine ipso non potest vivere, quia sine isto non posset prosequi conveniens et disconveniens fugere. Non omni animali inesse debet sensus visus, auditus, olfactus, quia isti non sunt de necessitate alimenti discernendi, sicut sunt

¹ universalis] i()lis {pro u()lis} K, ut videtur

² sicut] sic K

³ ab eius generatione] ad eius generationem K

⁴ temperata complexione] temperatae complexionem K

⁵ moveri] lectio incerta K

⁶ possint] possunt K

⁷ instrumento] instrumenta K

gustus et tactus; sunt ad melius discernendum sensus, et sunt necessarii animalibus alimentum quaerentibus a longe, sicut hominibus et animalibus progressivis.

— Dicti sensus moventur a remotis obiectis per media extranea, quia color movet medium sibi coniunctum, scilicet aerem, sibi imprimendo suam speciem. Et ideo aer motus et coniunctus visui movet visum. Similiter de sonis ad auditum et de odoribus ad olfactum. Et est exemplum, quod sicut homo movet baculum et baculus pulsus movet lapidem a longe.

— Item: sicut ignis calefacit aerem et aer hominem a longe etc.

Capitulum secundum

Impossibile est corpus animalis esse simplex, quia nullum animal potest esse sine sensu tactus et nihil habens sensum tactus potest esse simplex; sensibus repugnat habere organa simplicia.

— Et sensus visus et auditus et olfactus sentiunt per medium extraneum et sensus tactus per medium intraneum. Et dicit, quod vere loquendo omnes sensus sentiunt tangendo, quia aer suscipiens species coloris tangit colorem. Sed differentia est, quia in visu est medium extraneum et in tactu — coniunctum¹.

— Habens tactum non potest esse corpus simplex, quia quodlibet corpus simplex determinat sibi aliquas qualitates tangibiles in quadam excellentia, tactus autem non, sed debet consistere in quadam proportione media, ut possit² omnium excellentias percipere.

— Capilli, ossa et plantae non sentiunt, quia sunt minus terrestria.

— Nullum animal privatum tactu potest vivere, sed privatum aliis sensibus potest vivere.

— Qualitates tangibiles maxime sunt calidum, frigidum. Si fuerint excellentes, corrumpunt non solum sensum sed totum simul. Sonus autem et color aut odor non corrumpunt sensum nisi forte per accidens, sicut tonitrus corrumpit hominem non per sonum, sed per alterationem adustam vel velocitatis motum. Odor non corrumpit hominem, si non esset aliqua qualitas venenosa admixta.

¹ coniunctum] coniunctim K

² possit] posset K

— Tactus inest animalibus praeter esse eorum, tamen necessario requiritur ad esse animalis. Alii autem sensus sunt magis propter bene esse. Similiter visus datus¹ est, ut animal possit prosequi alimentum a longe in terra. Gustus est propter discernere alimentum delectabile et non delectabile; et olfactus — similiter. Auditus autem datus est, ut possit² sibi aliquid significari. Et addit, quod lingua etiam data est hominibus, ut possint³ aliquid alteri significare per loquelam. Item: magis principaliter data est propter gustum etc.

Et sic est finis translationis *De anima* etc.⁴

¹ datus] tactus K

² possit] potest K

³ possint] possunt K

⁴ Nota de punctis, quod illi, qui ponunt puncta indivisibilia, quando quaeritur ab eis in divisione continui, utrum maneat ille punctus, dicunt, quod corrumpatur. Quando tunc quiritur, a quo, dicunt, quando illud dividens approximatur, tunc corrumpitur ille punctus. Quando tunc dicitur, ex quo generantur tunc alia puncta extremalia istarum medietatum, dicunt, quod per communem influentiam. Et cum hoc dicunt, quod puncta sunt illius naturae quod quam cito applicatur dividens, tunc corrumpuntur, et remoto illo dividente, tunc regenerantur puncta extremalia. Nota. — *in fine columnae add.* BJ 704.